

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Castitas et continencia p cum uariis

Quidam in iuuentute luxuriose uiuentes, in senectute continentes fieri delectantur, et tunc eligunt seruire castitati quando libido eos seruos habere contempsit. Nequaquam in senectute continentes uocandi sunt qui in iuuentute luxuriose uixerunt. Tales non habent premium quia laboris certamen non habuerunt. Eos enim expectat gloria in quibus fuerunt gloriosa certamina.

Ysidorus libro II. de summo bono capitulo XXXI.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Castitas et continencia] Castitas siue continentia P V¹ V² L¹ L²; luxuriose] luxurie P V¹ V²